

Band VII., Nr. 2444, Seite 326-327

König Rudolf beauftragt den Grafen Hugo von Werdenberg mit dem Schutz des Klosters Weingarten.

Rottweil, 1274. Oktober 21.

Rud(olfus) dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro H[ugoni] comiti de Werdenberg dilecto fidei suo gratiam suam et omne bonum. Quia litteras venerabilium in Christo patrum et dominorum nostrorum cardinalium et ipsius curie super conservatione privilegiorum et iurium honorabilium virorum . . . abbatis et conventus in Wingarden hortatorias et consultorias recepimus, superesse non possumus, quin eidem . . . abbati et conventui, quantum possumus, in sui iuris conservatione presimus. Hinc est, quod fidelitati tue committimus firmiter et districte, quatenus supradictos . . . abbatem et eius monasterium cum omnibus hominibus et aliis suis pertinentiis tibi fideliter habeas reconmissos, eosdem quantum cum convenientia poteris et honore favorabiliter defendendo. Ceterum ut sic eos in suis iuribus foveamus, ut in aliorum preiudicium non redundet, volumus, ut pincernas de Wintertede, dominos de Livenowe ac dapiferos de Walperch ac alios^a, qui advocatie nomine sibi in iam dicto monasterio et suis possessionibus ac iuribus iuris aliquid vindicare nituntur, ad nostre celsitudinis presentiam in sollempnem nostram curiam studeas evocare, ut non improvisi sed bene muniti de iure, quod sibi in bonis dicti monasterii competere asseverant, nos reddere valeant certiores. Nichil enim volumus contra partem non citatam nec conmonitam attemptare, sed rationibus et iuribus utriusque partis examinatis diligentius et perspectis procedere, ut iure cuiuslibet conservato via regia tribuendo cuiuslibet, quod suum est, procedere valeamus.

Datum Roetwile, XII. kalendas Novembris, indictione tertia, regni nostri anno secundo.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An einem aus gelben und braunen Leinenfäden sehr locker gewobenen Bändchen ein Bruchstück des kaiserlichen Majestätssiegels, vgl. CARL HEFFNER (HRSG.): Die deutschen Kaiser- und Königs-Siegel, nebst denen der Kaiserinnen, Königinnen

^aDiese zwei Worte über der Zeile nachgetragen.

II

und Reichsverweser, Würzburg 1875, Tafel 7, Nr. 59. Das Band zur Befestigung des Siegels findet sich in ähnlicher Beschaffenheit an echten Privaturkunden des Klosters. Auch die Schrift weist auf Fertigung außerhalb der königlichen Kanzlei hin, wobei sich der Schreiber, da die gebrauchten Namensformen ungewöhnlich sind, an die Schreibweise der Urkunde der Kardinäle angelehnt haben mag. Der Inhalt der Urkunde selbst ist unverdächtig.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 99

Regesten:

JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 6: Die Regesten des Kaiserreichs unter Rudolf, Adolf, Albrecht, Heinrich VII. 1273-1313, Bd. 1: Die Regesten des Kaiserreichs unter Rudolf I, neu hrsg. Und erg. Von Oswald Redlich, Innsbruck 1898. [ND Hildeshe, Bd. 1, S. 69, Nr. 241. Diestelkamp: Urkundenregesten, Bd. 3, S. 22 f., Nr. 29.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Rottweil

Ortsindex:

Liebenau Wohnplatz (18075)

Liebenau, Meckenbeuren, FN

Rottweil Wohnplatz (12416)

Rottweil, RW

Waldburg Wohnplatz (20306)

Waldburg, RV

Weingarten Wohnplatz (20565)

Weingarten, RV

Werdenberg, Kt. St. Gallen, Schweiz

Winterstettenstadt : Ingoldingen BC

Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)